Opii colati P. unciam dimidiam,
Eſſentiæ limonum P. drachmam unam.

OPIUM vino emollitum contunde cum reliquis, donec perfectè miſceantur.

PILULÆ e STYRACE.

℞. Styracis calamitæ colati P. uncias duas,
Croci P. unciam unam,
Opii colati P. drachmas quinque.

CONTUNDE ſimul diligenter, donec mixtura perfecta ſit.

ELECTARIA.

ELECTARIUM e BACCIS LAURI.

℞. Foliorum rutæ ſiccatorum,
Seminum carui,
petroſelini vulgaris,
Baccarum lauri, ſingulorum P. unciam unam,
Sagapeni P. unciam dimidiam,
Piperis nigri,
Caſtorei Ruſſici, ſingulorum P. drachmas duas,
Mellis deſpumati triplum pondus ſpecierum contritarum.

SPECIES melli immiſce, ut fiat electarium.

ELECTARIUM e CASIA.

℞. Syrupi roſarum ſolutivi,

Pulpæ

Pulpæ caſiæ recèns extractæ, ſingulorum P. libram dimidiam,
Mannæ P. uncias duas,
Pulpæ tamarindorum P. unciam unam.

MANNAM in mortario tere, lenique calore ſolve in ſyrupo; deinde adde pulpas, & continuato calore ad idoneam ſpiſſitudinem redige.

ELECTARIUM LENITIVUM.

℞. Caricarum P. libram unam,
Foliorum ſenæ P. uncias octo,
Pulpæ tamarindorum,
caſiæ,
prunorum Gallicorum, ſingulorum P. libram dimidiam,
Seminum coriandri P. uncias quatuor,
Glycyrrhizæ P. uncias tres,
Sacchari puriſſimi P. libras duas cum dimidiâ.

SENAM cum ſeminibus coriandri in pulverem redige, & per cribrum ſepara uncias decem; reſiduum cum caricis & glycyrrhizâ in quatuor librarum aquæ menſurâ coque ad dimidium, deinde cola, & exprime; liquor expreſſus vaporet ad ſeſquilibræ pondus, vel paulò minus, poſtea adde ſaccharum, ut fiat ſyrupus; hunc ſyrupum adde gradatim pulpis; & poſtremò immiſce pulverem cribro priùs ſeparatum.

ELECTARIUM e SCAMMONIO.

℞. Scammonii P. ſeſcunciam,
Caryophyllorum aromaticorum,

Zingiberis, ſingulorum P. drachmas ſex,
Olei carui eſſentialis P. drachmam dimidiam,
Mellis P. libram dimidiam.

SCAMMONIUM ſeparatim in pulverem redigatur; aromata ſimul trita melli admiſceantur; deinde ſcammonium addatur, & poſtremò oleum.

ELECTARIUM e SCORDIO.

℞. Specierum e ſcordio cum opio quantum libuerit,
Syrupi e meconio ad mellis ſpiſſitudinem cocti triplum pondus.

SPECIES ſyrupo immiſce, ut fiat electarium.

BALSAMUM LOCATELLI.

℞. Olei olivarum M. libram unam,
Terebinthinæ Argentoratenſis,
Ceræ flavæ, ſingulorum P. libram dimidiam,
Santali rubi P. drachmas ſex.

LIQUEFIAT cera leni igne cum aliquâ parte olei, tum adde oleum reliquum, & terebinthinam; deinde ſantalum immiſce; & bene move, donec mixtura ferè frigeſcat.

CONFECTIO CARDIACA.

℞. Summitatum roriſmarini recentium,
Baccarum juniperi, ſingulorum P. libram unam,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum,
Zedoariæ,
Croci, ſingulorum libram dimidiam.

SPIRITUS vinoſi tenuioris circiter ſeſquicongio

gio fiat tinctura; huic colatæ lenique igne ad pondus ferè librarum duarum cum dimidiâ redactæ, additis ſequentibus in pulverem ſubtiliſſimum tritis, perfice electarium:

Pulveris e chelis cancrorum compoſiti P. uncias ſedecim,
Cinnamomi,
Nucis moſchatæ, ſingulorum P. uncias duas,
Caryophyllorum aromaticorum P. unciam unam,
Sacchari puriſſimi P. libras duas,

CONFECTIO PAULINA.

Coſti, vel ejus loco zedoariæ,
Cinnamomi,
Piperis longi,
nigri,
Styracis calamitæ colati,
Galbani colati,
Opii colati,
Caſtorei Ruſſici, ſingulorum P. uncias duas,
Syrupi ſimplicis ad mellis ſpiſſitudinem cocti triplum omnium pondus.

SYRUPO calefacto opium vino ſolutum diligenter immiſce; deinde ſtyraci & galbano ſimul liquatis ſyrupum adhuc calentem gradatim adde; poſtea inſperge ſpecies cæteras in pulverem redactas.

MITHRIDATIUM,
ſive
CONFECTIO DAMOCRATIS.

℞. Cinnamomi P. drachmas quatuordecim,

Myrrhæ p. drachmas undecim,
Agarici,
Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Croci,
Seminum thlaſpis,
Thuris,
Terebinthinæ Chiæ, ſingulorum p. drachmas decem,
Junci odorati,
Coſti, vel ejus loco zedoariæ,
Malabathri folii, vel ejus loco macis,
Stœchadis,
Piperis longi,
Seminum ſeſelis,
Succi hypociſtidis,
Styracis calamitæ colati,
Opopanacis,
Galbani colati,
Opobalſami, vel ejus loco olei nucis moſchatæ expreſſi,
Caſtorei Ruſſici, ſingulorum p. unciam unam,
Polii,
Scordii,
Carpobalſami, vel ejus loco cubebarum,
Piperis albi,
Seminum dauci Cretici,
Bdellii colati, ſingulorum p. drachmas ſeptem,
Nardi Celticæ,
Radicis gentianæ,
Foliorum dictamni Cretici,
Roſarum rubrarum,

Seminum

Seminum petroſelini Macedonici,
cardamomi minoris decorticatorum,
fœniculi dulcis,
Gummi Arabici,
Opii colati, ſingulorum P. drachmas quinque,
Radicis calami aromatici,
valerianæ ſilveſtris,
Seminum aniſi,
Sagapeni colati, ſingulorum P. drachmas tres,
Mei athamantici,
Hyperici,
Acaciæ, vel ejus loco terræ Japonicæ,
Ventrium ſcincorum, ſingulorum P. drachmas duas cum dimidiâ.
Mellis deſpumati triplum omnium pondus.

MELLI calefacto opium vino ſolutum immiſce; galbanum, ſtyrax, terebinthina, & opobalſamum, vel oleum nucis moſchatæ, in alio vaſe ſimul liquentur, perpetuò circumacta ne urantur; quibus liquefactis immiſce mel calefactum, primò cochleatim, deinde copioſius; denique omnibus ferè frigefactis adde paulatim ſpecies cæteras in pulverem redactas.

PHILONIUM LONDINENSE.

℞. Piperis albi,
Zingiberis,
Seminum carui, ſingulorum P. uncias duas,
Opii colati P. drachmas ſex,
Syrupi e meconio ad mellis ſpiſſitudinem cocti triplum omnium pondus.

OPIUM vino ſolutum ſyrupo calefacto curioſè immiſce; tum adde cætera in pulverem redacta.

THERIACA ANDROMACHI.

℞. Trochiſcorum de ſcillâ P. libram dimidiam,
Piperis longi,
Opii colati,
Viperarum ſiccatarum, ſingulorum P. uncias tres,
Cinnamomi,
Opobalſami, vel ejus loco olei nucis moſchatæ expreſſi, ſingulorum P. uncias duas,
Agarici,
Radicis iridis,
Scordii,
Roſarum rubrarum,
Seminum napi,
Extracti glycyrrhizæ, ſingulorum P. ſeſcunciam,
Nardi Indicæ,
Croci,
Amomi,
Myrrhæ,
Coſti, vel ejus loco zedoariæ,
Junci odorati, ſingulorum P. unciam unam,
Radicis pentaphylli,
Rhabarbari,
Zingiberis,
Malabathri folii, vel ejus loco macis,
Foliorum dictamni Cretici,
marrubii,
calaminthæ,
Stœchadis,
Piperis nigri,
Seminum petroſelini Macedonici,

Olibani,

Olibani,
Terebinthinæ Chiæ,
Radicis valerianæ ſilveſtris, ſingulorum P. drachmas ſex,
Radicis gentianæ
Nardi Celticæ,
Mei athamantici,
Foliorum polii,
hyperici,
chamæpityos,
Summitatum chamædryos cum ſemine,
Carpobalſami, vel ejus loco cubebarum,
Seminum aniſi,
fœniculi dulcis,
cardamomi minoris decorticatorum,
Seminum ammeos,
ſeſelis,
thlaſpis,
Succi hypociſtidis,
Acaciæ, vel ejus loco terræ Japonicæ,
Gummi Arabici,
Styracis calamitæ colati,
Sagapeni colati,
Terræ Lemniæ, vel ejus loco boli Armeniæ aut Gallicæ,
Vitrioli viridis calcinati, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Radicis ariſtolochiæ tenuis, vel ejus loco longæ,
Summitatum centaurii minoris,
Seminum dauci Cretici,
Opopanacis,

Galbani

Galbani colati,
Caſtorei Ruſſici,
Bituminis Judaici, vel ejus loco ſuccini albi præparati,
Radicis calami aromatici, ſingulorum P. drachmas duas.
Mellis deſpumati triplum omnium pondus.

MIXTURA eodem modo perfici debet, ac in Mithridatio præſcriptum eſt.

NOTA.

ELECTARIA, ſi areſcant, ad debitam craſſitudinem, vino Canarino admiſto, redigenda ſunt; ſed neque ſyrupo, nec melle: hac ratione doſis minimè incerta fiet; quod in iis, quæ ſyrupo conficiuntur, et opio abundant, quales ſunt confectio Paulina et Philonium, in primis caveri debet.

AQUÆ MEDICAMENTOSÆ.

AQUA ALUMINOSA BATEANA.

℞. Aluminis.
Vitrioli albi, ſingulorum P. unciam dimidiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135526-p0122-8 DFG